

Sic et tu monache anteq̄ deo p̄mitteres obseruantia re-
gularē liber eras: poteras inculpate sine voti promission-
ne viuere: et in via mandatoꝝ dei ambulare. Quis ad p̄-
mittendū deo te compulit? Flōne tui arbitrij erat qđ vol-
lebas facere? Uox tua ligauit te deo: iam deinceps non
es liber: sed seruus iesu christi. Promisisti: dei esse cepisti:
deus qđ suū est non vult dimittere: nec honorē suū alteri
dare. Jam tibi nō licet post respicere: semel emissum deo
votū non poteris reuocare: qz cū deo causam babes age-
re. Quid igitur vanis cogitacōibus estuas? Ad qđ de
bono p̄posito male cogitas? Nō est irritabilis deus. Si
sanctū p̄positū tuū violaueris: si votū tuū temeraria p̄-
sumptione trāsgressus fueris: non habebit te deus in eo
gradu. quo antea habuit: sed tanq̄ infidelem profugū et
apostatā te iudicabit: quippe qui prestitā dño tuo fidem
impia p̄sumptione irritā fecisti. Dicit ergo ad te o mona-
che deus. Quid me infideli p̄missione tua irrides? Cur
pristina vicia repetis? Quare prestitā mihi fidem infringis?
Ego tibi libertatē arbitrij cōtuli: qđ te coegit p̄mit-
tere qđ reddere nō volebas? Nūquid necessitate te com-
puli? Volūtas tua ligauit te mihi: pactū meū si violaue-
ris: nō amicus sed hostis eris. Dum adhuc tui esses in
seculo. cras quidē de familia mea: sed nō eras de ministe-
rialibus: neq̄ de intimis. Quēadmodū em̄ princeps ali-
quis potens. multos quidem in suo regno subiectos sibi
habens hoies: quosdā agroꝝ cultores. quosdā vero pas-
tores aut alios quoslibet artifices siue operarios ex eis
cōstituit: atq̄ ex his om̄ibus quosdā sibi fideles quotidie
assistere facit. q̄ seip̄os negligentes illi toto studio famu-
lantur: sic ego ex mihi subiectis in fide quos volo eligo:
quos velut ministros intimos diligo et honoro. Tu ergo
qui p̄missa mihi fidelitate de multitudine meoꝝ ad ser-
uiendū in cōspectu meo spontanea volūate accessisti: de
intimis familiaribus meis esse cepisti. Si mihi deinceps
in aliquo recalcitraueris. si fidem p̄missam fregeris: non
habebo te in eo loco quo habebā prius: sed inter inimica